R/ Lond. 13/23 Apr. 1671. 12 ~~21~~ 24

Clarissimo viro Constantino
Hugenio S. P.

Audaculus tibi non iniuriâ (vir illustrissime) esse videar, quod te gravissimarum rerum procuratione districtum litteris meis ausim interpellare. Animos vero mihi dat humanitas tua erga me singularis, facitque summa mea erga te Patriamque tuam benevolentia, ut nimis forsan sim in alienâ republicâ curiosus. Quo in loco sint res vestræ, & Fœdus illud verbis non ita pridem, & pactione sanctissimâ, inter nos illustrissimosque reipublicæ vestræ ordines initum, an re comprobemus, a te certior fieri magnoperè cupio. Nulla res alia (uti mihi videtur) Regem Galliæ (qui nunc temporis —
Θῦνει ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς —
χειμάῤῥῳ, ὅσ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας)
ad saniora rediget consilia. Sed nolo (vir illustrissime) cum tu tot sustineas negotia longo nimis sermone tempora tua morari; nè in publica commoda peccare videar. vale vir præstantissime.

Clarissimum virum D. Isaacum Vossium meis verbis iube salvere plurimum.

Tui studiosissimus
Johannes Cottonus.

Strattoniæ Aprilis 10th 1671.

s. MS. 118.

© British Library
Add MS 22953, f. 24-25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6791

BRITISH MUSEUM

© British Library
Add MS 22953, f. 24-25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6791

© British Library
Add MS 22953, f. 24-25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6791

Viro clarissimo Constantino
Hugenio Equiti, Principi
Auriaco a consiliis et
secretis.

© British Library
Add MS 22953, f. 24-25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6791